

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Caspar Bartholin

Praeceptorum Physicae Specialis : Quae thesum loco in disputationibus esse possunt, Pars ...

Pars Secunda : De corporibus imperfectè mixtis, seu de Meteoris

Rostochi[i]: [Rostochii]: Hallervordeus: [Richel], 1644

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730129845>

Band (Druck) Freier  Zugang 

P. 110 j
Pr. Inv. 63 p
52 p Fac

A-C.
A-C.
A-G.
A-E.
A-K.
A-E.
A-S.

Na_3010.1-7.

E

15

ij

15
ij



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730129845/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730129845/phys_0003)

DFG

1. 17.

Giorijus
Pipistru Bartholom



Juliani dictum.
Etsi alterum pedem in sepulcro haberet
nam adhuc discere vultem.

PRÆCEPTORUM
PHYSICÆ
SPECIALIS,
Quæ thesium loco in
disputationibus esse possunt,


PARS SECUNDA.

De corporibus imperfèctè mixtis, seu
de Meteoris,

Decerpta ex prælectionibus
Physiologicis publicis

CASPER. BARTHOLINI,
Pro juniorum memoria.

Cum Gratia & Privilegio Regis.



ROSTOCHII,

Sumptibus JOANN: HALLERVORDII
Bibliopolæ.

ANNO M. DC. XLIV.



Familia Generositate & vir-
tutum claritate Nobiliss.

VIRO,

Dn. HENRICO
GYLDENSTIERN,

Predb. f. Hæreditario
in Svanholm,

Domino fautori & amico cer-
tissimo in animi grati
ob fidem

D.D.

C. BARTHOLINUS.



C A P . I.

De Meteoris in genere

Meteorum est corpus imperf-
ecte mixtum, per primas qua-
litates ex halitibus astrorum
virtute ex aqua & terra ele-
vatis, vel supra vel intra terram gene-
ratum.

Definitum propriè significat in sublimè
positum: diciturq; alias aerū passio, im-
presio, &c.

Genus est corpus. Maxima enim Me-
teororum pars continet substantias. Em-
phatica autem insunt hypostaticū, & ac-
cidentia sunt meteororum. Irū enim acci-
dit nubi &c.

Reliqua definitionis verba ex causis
illucescunt.

Causæ naturales naturalium Meteo-
rorum dari possunt. Dico naturalium.
Nā & ostenta sēpe apparent, & inusitate
species causas naturales non agnoscentes,
& Meteora alia nō raro ex praternatura-

la
libus causis oriuntur, ut Dracones volantes, stipule ardentes, tonitrua, fulmina, venti &c. causa hic i. aliquando immediate prima causa Deus. 2. Angeli boni 3. Spiritus malorum ex Dei permisso, ut in historia Jobi. Hi non raro se conjungunt cum variis meteoris, aut vicariis suis utuntur, sagis, lamiis &c. quibus aut tempestatem aliquam futuram suggesterit; quam anicula delira suis ceremoniis efficiisse se putat; aut materiam aptam congregat, proveniens aut ejusmodi tempestatibus, quas Finni & Lappi, uti notum, nautis vendunt. Sed ad naturales.

Efficiens remota sunt corpora coelestia, Sol praesertim, magnam cortidie halitum copiam ex terra & aqua extrahens, pro meteororum generatione. Addi possunt ignes subterranei. Propinquae sunt qualitates primae. Lux apparentia meteora figurat, Calor extrahit halitus, extractos incendit &c. Frigus constringit, condensat &c.

Materia ex qua remota sunt Elementa. Ex aqua enim & terra producuntur ha-

halitus, qui propinqua materia: Est
Arist. duplex: fumus & vapor.

Fumus est exhalatio calida, sicca te-
nuior, ex qua generantur ignita potis-
simū meteora, & his non planè dis-
similia.

Dicitur calida, ratione efficientis, &
quod proximè ad ignem accedat. Sicca, id
est, exiguo humore prædicta. Dicitur potis-
simū: quia licet uterque halitus in plerisque
meteora concurrent, unus tamen unicuique
magis proprius quam alter.

Vapor est halitus calidus, humidus,
crassior, ex locis aquosis excitatus, ut
aquea potissimum inde generentur.
Meteora.

Dicitur calidus, ratione efficientis. Hu-
midus: hinc inflammationem resuit:
Crassior, adeo gravior (idè non tam
altè ascendit, ut exhalatio prior) qualis
apparet in balneis & olla aqua fervente
plena.

Quantitas & moles halituum, qui
elevantur, est incredibilis, montes & syl-
vas vastitate superans. Materia n. ex qua

A 3 magna

*magna est moles, Solis & siderum actio in-
estimabilis. At videmus vel ex minuto li-
gno viridi humorum copiam.*

*Tempus elevationis (licet quilibet
aliqui ascendant) praecipue est ver & au-
tumnus, matutinum & vespertinum.
nimis enim astus exhalationes ascen-
tes absunt; frigus reprimit & constringit.
Forma diversa est, ut videre est in specia-
lieribus.*

*Finis hyperphysicus vel Theologicus
est 1. Demonstratio potentiae, sapien-
tiae, & bonitatis Dei. 2. Poena impio-
rum. 3. Probatio piorum.*

*Naturalis est 1. Mundi ornatus. 2.
Creaturarum utilitas. 3. Ut tempe-
statum mutationes significant. Hinc
1. Dividuntur vulgo Meteora, in non
significativa, que per se nihil futuri signi-
ficant, ut pluvia, ros, nubes &c. & signi-
ficativa que 1. vel aliquam aeris muta-
tionem significant. 2. vel in usitate
sunt. 3. Aut in usitate fiunt tempore. 4. Aut
si à mediocritate recedant.*

2. In hypostatica & emphatica. Hec

46.

accidentia quasi meteororum sunt in alio
subsistentia, ut iris, halo &c. Illa vel sunt
similia vel composita. Simp. ex sim-
plici materia, nempe fumo & vapore con-
stant, suntq; ignita & aqua. Compo-
sita nra sunt exhalationis ut aerea.

C A P. II.

De meteoris ignitis in genere,
& in specie de iis, quæ fiunt
in infima aëris regione.

Meteoron ignitum est, quod con-
stat exhalatione calidâ & siccâ,
accensâ atq; ardente, proximè ad ignis
naturam accedens.

Effic. 1. proxima est calor supremi
aeris, calefaciens, attenuans & inflam-
mans halitus. 2. Adjuvans est motus ba-
litum & aeritus ad aerem. 3. Acciden-
talis, circumstans frigus, urgens halitum,
ut amplius in se calecat.

Materia est fumus, vel halitus cali-
dus & siccus, qui inflammatur facile: Ac-
cedunt tamen ut plurimum halitus pino-

A 4 gues

ques p̄o pabulo. Hinc siccitatem ignis
naturaliter prænunciant.

Forma est proxime ad ignis naturam
accedere.

Finis est aeris repurgatio.

Affectiones 1. Locus est aëris secun-
dum tres suas regiones.

2. Tempus generationis est diurnum
& nocturnum: hoc potissimum. Interdiu-
non apparent ob præsentiam Solis.

Dividuntur Meteora ignita 1. Ratio-
ne durationis in permanentia & eva-
nescentia. Haec ob materia & pabuli du-
rationem diu durant, ut Cometa: Illa eva-
nescent cito, p̄t̄o. scindunt volvuntur
fiorem halitum fuerint nactas.

2. Ratione loci generantur in supre-
ma aeris regione, vel media, vel ima.
Quo enim calidiores & sicciores halitus,
eo ascendunt altius. In supra, vel sunt
conjuncta & partes habentia coheren-
tes, ut fax, trabs, ignis perpendicularis,
bolis, &c. Vel disjuncta, ut caprae sal-
tantes, scintillæ volantes &c. In media
& ima sunt stellæ cadentes nonnullæ,

Ian-

Iancea ardens, draco volans, ignis fa-
tuus, ignis lambens, &c.

3. Ratione efficientis *alia* fiunt in-
flammatione vel *accensione*, *alia* secre-
tione seu expressione (sicut nucleus cerasi
digitū eliditur) à frigore circumdata.

4. Ratione motus & quietis, *alia* va-
riè moventur emicando & subsultando,
ut stellarum træctiones, capra saltantes,
Draco volans, &c. *Alia* immota sunt (mo-
tu subitaneo) ut Cometæ, &c.

Stella cadens est meteoron ignitum
constans fumo mediocriter compacto
& conglobato, qui supernè accensus à
nube deorsum repellitur, & ita formam
decidentis stellæ repræsentat.

Alio modo fit in supremo aere, nempe
quando flamma successivè & celeriter per-
currit materiam, vel per lineam rectè po-
sitam, & dicitur stella rectè cadens: vel
obliquè, & dicitur obliquè cadens. Sicut
cum flamma filum pulvere pyro contrito
incrustatum pererrat.

Vulgaris stellam putat cum Epicuro ca-
dere, quod nonnunquam vera stella, sub

A 5 qua

*qua subsistit, non statim appareat. Sed si
hoc:quia extincto hoc meteoro, in aere hu-
mido,fumus oritur,stellam nobis obtegens.*

*| Tempus generationis est plerumq;
vernū & autumnale, item serenum.*

*Significationes sumuntur à colorib;
sicut à colorib; luna.*

*Stella cadens est signum & causa sic-
citatis,quia fumi siccii sunt; & ventorum,
quorum materia adest, nempe siccus hali-
tus copiosus.*

*Lancea ardens est meteoron igni-
tum constans fumo longo & bene
compacto, qui accensus in terram vel
mare detruditur.*

*Dicitur alias, titio, torris, lampas, &c.
Concretiore constat materiā quam stella
cadens. Differt à trabe, quod meteoron
est immobiliter accensum.*

*Draco volans est meteoron ignitum
infini aeris constans fumo crassiori,
nec valde coagulato, qui in sublime
ejectus & accensus impulso frigidæ nu-
bis curvatur & flebitur.*

Materia est fumus non omnino aequalis

NAM

(nam in extremitatibus est grāciliōr & di-
ductiōr) nec vehementer calidus, medio-
criter pinguis, crassus, sed leviter compa-
ctus, interceptus inter duas nubes, calidam
& frigidam. Accensus à frigida expelli-
tur, cogitur ac incurvatur, ventremq; pra-
se fert. Calidior alteram partem admit-
tit, quæ in longum proutendit, & colli fi-
guram representat.

Diabolus interdum in collusione cum
suis mancipiis hoc meteoro abutitur.

Ignis fatuus seu erraticus (Danis & dō-
cetemand) est meteoron ignitum infimi
aeris ex fumo crassiore, viscosiore &
tenaciore, qui noctis frigore cogitur,
pugnâ illâ accenditur, varie oberrat,
& viatoribus illudit. Qui existimant
lucernam vel candelam esse in villa pro-
pingua.

Materia est fumus crassiusculus vis-
cosus, tenax (ut duret nonnihil,) & levus,
ut hinc inde vagetur.

Efficiens proxima est frigiditas in-
fimi aeris nocturni, qua cum pugnat bal-
ans, atq; ita ascenditur.

Locus

Locus specialis est pinguis aliquis,
viscosus, unctuosus, paludinosus. Et ut sunt
fodinae metallicae, macella, coquinae, cæ-
miteria, aliaq[ue] sepulcreta, loca suppliciis
destinata, ut patibula, &c. Circa hæc fre-
quenter conspicuntur; Inde enim mate-
ria aptior. Motus esse potest. 1. Ad motum
ventorum. 2. Ex partium diversitate, quæd
pars levior ascendat, gravior descendat.
3. Ex flammæ natura, quæ transvolat ex
parte aridiore in pinguiorem, 4. Ab homi-
ne iter faciente, qui fugiens aerem secum
rapit proximum, in quo ignis fatuus, qui
ob id fugientes persequi videtur. Si vero
viator ad illum appropinquat, impellit ae-
rem proximum, ut videatur recedere lon-
gius. Et ita sequentes fugere putatur
hic ignis; idcirco præcedens & sequens
vocabatur.

Ignis lambens seu adhærens est
Meteoron ignitum ex fumo rariori &
subtiliori, qui accensus & per aerem
dispersus rebus variis absque læsione
adhæret. Non enim adurit propter mate-
ria tenuitatem.

ER

Est enim Materia fumus pinguū, secura-
rus & subtilis, tenuis sine magna viscoſitate
ex sudore & halitu hominū calidioris
temperamenti extrahi existimatus. Sed
plus videtur prodigijs adesse, quam mani-
festæ cause.

Rebus variis adhærescit & circumfun-
ditur, ut hominum capitibus, capillis, auri-
bus, bumeris, uestimentis, equorum jubis,
pilis, auribus, militum hastis, antennis vel
malis navium, turribus, arboribus, &c.

Si unicush[ic] solitarius apparet hic ignis,
præcis dicitur Helena, quod aspectu qui-
dem pulcher sit, sed magnas denotet tem-
pestates; vel ex superstitione nautarum,
vel quod putarent unicam non sufficere ab-
sumendæ materiæ tempestuosæ. Si gemi-
nus, (quod prospere navigationis augu-
rium) Castorem & Pollucem nomina-
runt veteres.

CAP. III.

De meteoris ignitis supremæ
aëris regionis.

Sunt illa potissimum: Candela ac-
censa, trabs, jaculum, capræ-
sal-

L saltantes, scintillæ volantes, cometæ.

Candela accensa est meteoron ignitum supremi aeris ex fumo continuo, raro & tenui, in longum extenso, qui superiori parte accensus instar candelæ ardet. *Dicitur alias fax, Lampas, lychnus, flamma ardens.*

Materia allata est quæ superiori parte inflammationi aptior; paulatim tamen serpendo tota consumitur.

Trabs est meteoron ignitum ex fumo in longum porrecto, continuo, arctius compacto, æqualiter accenso, immobiliter consistente, & speciem trabis repræsentante. *Unde alias columnæ dicitur.* Quando perpendiculariter collocata est materia, dicitur ignis perpendicularis; pyramis &c. Differt à bolide. Bolis est mobilis, trabs immobilia, habens multum terrestris gravitatis, levitatis & mobilitati resistens.

Jaculum vel Bolis est meteoron ignitum ex fumo ita continuato, ut jaculi vel sagitiae speciem repræsentet.

Materia est fumus mediocriter in longum

gum porrectus, continuus, compactus ex
partibus partim crassis, partim tenuibus,
exactius tamen mistus: quod raro fit, ideoq;
rarum hoc Meteoron & loco prodigijs.

Motus ejus est sursum, velox, instar te-
li ex arcu emis*i*.

Capra saltans est meteoron ignitum
constans fumis, qui grandioribus &
pinguioribus sunt divulsi partibus, &
tenui vel aridiori tantum halitu con-
nexis, quæ dum succenduntur, confla-
grantur una massâ, raptim & celeriter
flamma in aliam transit, & ita de loco
in locum subtilire videtur, ut lasciva se-
let capra.

Exemplum est in pulvere bombardico,
si diversi acervuli congesti interpositis
paucioribus granis continuantibus mate-
riam ascendantur.

Scintillæ volantes constant fumo in
multas minutasp; partes sparso, qua-
rum singulæ instar stipularum inflam-
mantur. Hinc dicuntur stipula ardentes,
palea succense, &c.

Materia est fumus aequaliter subtilis
non

Lat.
non compactus, dispersus in multas partes
(non continuum, ut in stellis cadentibus)
exiguas, quæ incensæ, referunt scintillas
è caminis evolantes, & statim evanescen-
tes.

Cometa est meteoron ignitum con-
stans halitu copioso, viscoso & pingui,
in supremam aeris regionem virtute
astrorum enecto, ibidemq; accenso, ut
ferè stellæ figuram referat.

Sermo hic erit de Cometis non miratu-
losis, nec de cœlestibus seu novis stellis, sed
elementaribus, in supremo aere generatis:
que meteora sunt inter ignita permanen-
tia & diutissimè durantia, loco altissima,
splendore nobilissima.

Materia est exhalatio calida & siccata.
1. Copiosa: nam alias dissiparetur, vel
non tam diu duraret. 2. Lenta & tenax,
arctè compacta, adeoq; terrestris. 3. Pin-
guis; bituminosa & sulphurea.

Forma externa est ferè stellæ.
Finis, Physicus est, fumos in aere di-
spersos noxios absumere. Theologicus,
ut sit concio poenitentiae.

Eff.

Efficiens est 1. Virtus astrorum,
præsertim certorum nonnullorum, ut Sa-
turni, Maris, Mercurij, quorum positus
certi in signis igneis & aereis (præcipue si
& aorum in Ecclipses Solis intidat) ma-
teriam pro Cometa generanda disponere
putatur. 2. Calor & ignis subterraneus
ex materia ibi contenta halitus producens.
Calor ipsum halitus ad ascensum fecit
4. Succedentium halituum impetus
5. Attractio aliorum fumorum à prio-
ribus, ob similitudinem. 6. Frigus me-
dij aeris anteperfusi stimulando calorem
intendit.

Effic. inflammationis sunt, ut in reliquis
ignitis, natura materia in crinita & fulpha-
rea, motus, virtus alicujus astri, locus calidiq
supremi aeris, frigiditas medij aeris, &c.

Dividitur Cometa in crinitum, bar-
batum & caudatum.

Crinitus est qui flamas in omnia
spargit latera ferè. Barbatus, cuius ma-
teriaflammam fundit ex una tantum par-
te laius & brevius, instar barba latioris.
vel juba. Caudatus, cuius materia adhuc-

lon-

longius, sed non eā latitudine se diffundit.
Cauda (vel scope dicta) videtur esse re-
nuior & spirituosior portio, ex corpore
Cometa exhalans, ut fieri videmus in py-
robolide artificiali.

Lar.
Affectiones 1. Quantitas conti-
nua maxima est aliquando montis unius,
aut plurium milliarum: alias nec tamdiu
perduraret, nec ad tantum intervallum
appareret. Quo ad discretam, ut pluri-
mum unicus apparet; aliquando tamen
plures uno anno visi, immò semel &
simul.

2. Locus est elementarū supremi ae-
ris; ut liquet ex motus velocitate, Paral-
laxeos magnitudine, natura materiae, &
quantitate, quæ aliquando, teste Aristote-
le, tertiam cœli partem occupavit.

3. Tempus Generationis est siccus,
vel siccioris constitutionis annus. Ple-
rumq; autumno ex ardescere incipit (quo
viscidi suppetunt halitus, & aer mediori-
ter calidus elevationi accommodator) &
si praecepsit aestas siccior & calidior, tempus
est aptius.

Temp.

Tempus durationis pro copia & tenacitate materiæ pabuliq, variat. Brevisimum tempus observatum est horæ unius: longissimum etiam ultra sex menses.

4. Motus variat. Moveri potest 1. ad motum primi mobilis. 2. Alicujus planetæ in generatione dominantis 3. Motu incerto & vagabundo, proratione materiae, &c.

5. Color est alicujus planetæ, vel quod talis aliqui predominatus sit in generatione, vel ratione materiae copiosa & pauca, rara aut densa, &c.

6. Scintillatio ob statum aliquem erumpentem, vel flamma exspuitio (que rarius ob distantiam apparet) ob eruptionem alicujus materiae.

Effecta Cometarum (undesignificantes) vel sunt bona vel mala.

Bona rariora, ut aeris bona tempes-
ties, terræ fertilitas & annonæ copia;
absuntis halitibus noxiis, & per agros
instar roris sparsa ex halitibus ascen-
dientibus pinguedine aliqua admixta be-
nigniore.

Mala frequentiora sunt (quia sepi-

Lar

ns materia Comete est maligna, referto
spiritu minerali, impuro, noxio, & post
extinctionem s̄pē balitus fœtidi, nec sem-
per ignis tam validus, ut materiam queat
absumere) ut 1. Aeris siccitas & æstus:
ob siccos & calidos fumos in aere disper-
sos. 2. Hinc q̄ defectus pluviarum & aqua-
rum paucitas. 3. Ventorum tempestas
ob eos admixtos balitus, qui non facile
inflammari, nec tamen penitus dissipari
possunt. Ex hisce. 4. Terræ ariditas. 5. A-
grorum sterilitas. 6. Annonæ caritas.
7. Piscium interitus. 8. Terræ motus;
balitibus istū intra terræ cavernas se ab-
dentibus. 9. Pestis & alij morbi maligni:
inficiuntur n. humores & spiritus aere ba-
litibus noxiis referto; adeunte præsertim
annonæ caritate, adeoq; vittus pravita-
te. 10. Aquarum majorum, ut maris, la-
cuum &c. inundationes ob ventos. 11. Et
hinc naufragia. 12. Seditiones, bella &c.
ob suicitatem corporibus impressam. Hinc
bilis flavæ proventus & iræ facilitas. 13.
Magnatum & delicatorum hominum in-
teritus, qui citius à tali aere lœduntur, ob
di-

dispositionem à calida & sicca diata, ut vi-
no, aromatibus, exercitiū vehementioris-
bus, equitationum, venationum, &c. 14.
mutationes regnorū & religionis
&c pro mutatione magistratus. Sed effe-
cta ejusmodi insigniores insequuntur Co-
metas.

CAP. IV.

De Meteoris Aqueis in gene-
re, & in specie de Nube.

Meteoron aqueum est Meteoron
simplex ex vapore, beneficio fri-
goris, concretum pro cuiusq; natura.

Materia est vapor, seu balitus calidus
& humidus. Quod autem hinc generatum
Meteoron fit frigidum, ex efficiente pro-
pinquâ est.

Effic. præparans est calor ac virtus
Solis atq; astrorum præsertim Lunæ, Ve-
neris, piscium, plejadum, hyadum, &c.
prudens est frigus moderatum vapores
condensans.

Forma est quod ad aquæ naturam
accedat, sicut ad ignis ignitum,

Fi.

Finis est humiditates varias suppeditare, pro vegetabilibus, animalibus &c. ardorem solis mitigare, &c.

Est autem vel in medio aere, vel in infimo.

In medio sunt nubes ex g̃bis generatae, nempe vel condensata tantum, ut pluviae vel insuper concreta, aut mediocriter, ut nix, aut valde, i. e. congelata, ut grando.

In infimo sunt vel valde concreta, ut pruina; vel mediocriter, ut nebula, ros. Ad summum aerem ob aquosam gravitatem vapor non ascendit.

Nubes est Meteoron aqueum constans vapore ad medium aerem elevato, ejusque frigiditate condensato, nondum tamen in aquam converto. Si parva est, dicitur nubecula.

Materia est vapor crassus ex mari aliisq; aquis plerumq; ortus.

Effic. ut suprā in genere. Forma est quod densior sit nebula, rarer aqua, rara, porosa, ut radios Solis commodius recipiat, fatilius ab aere poris recepto moveatur, pluviam guttatum effundat, &c.

Finis

Finis est ardorem Solis mitigare, &
adversus aestum esse quasi tentorium, ter-
ram item & aerem, emitendo pluviam,
humiditatem, &c.

Dividitur in fœcundam & sterilem.
Illa pluvias fundit, estq; ob vapores den-
siores coloris nigriorū. Hæc nullas; estq;
ob vapores rariores & sicciores albescens,
caloreq; Soli & ventorum impulsa in aé-
ras & aera dissipabilis.

Affectiones 1. quantitas & moles est
maxima, maximū major montibus. Un-
de ex nubium casu, qui rarū, integri va-
stantur trahuntur.

2. Locus Arist: est ubi desinunt radij,
neri reflexi, id est, media aeris regio, in
qua nubes pensiles divinā providentiā, ca-
lore astrorum & proprio, aeri inclusa &c.

3. Distantia à terra varia atque incer-
ta est. 1. Vaporum diversitate; tenuio-
res enim altius ascendunt. 2. Ventis af-
fensus juvantibus vel impedientibus.

3. Variā Solis altitudine. Remotiores u.
nubes sunt à terra, & altiore & rectius in
terram radios projiciunt; ut in locis ca-
lidioribus

*Lidioribus, æquatoriq; vicinioribus tempo-
re aestivo, &c.*

4. Motus, aliquando nullus, aliquan-
do sequitur vaporum impulsum, vento-
rum, primi mobilis, Solis &c.

5. Color pro vaporis rareitate & densi-
tate. est vel albus vel niger, viridis, fla-
vus, coeruleus, rubeus, &c. Viridù copio-
sam pollicetur pluviam: albus nullam ant-
tenuem: nigra imbræ aut fulmina; ple-
rumq; accendentia. Alias rubedo vespri-
tina serenitatem prænunciat; Quia
Sol calore diurno nubem exsiccavit: ma-
tutina pluvias vel ventos, quia à O ri-
ente crassi & densi halitus supra horizon-
tem elevantur.

C A P. V.

De reliquis medijs Aëris meteo-
ris aqueis; pluvia, nive &
grandine.

Pluvia est aqua ex nube fœcudâ fri-
gore cōdensata guttatim decidens.
Efficiens est medijs aëris frigiditas
materiam ascendentem condensans. Ad
juvans

juvans elevationem vaporum ex locis a-
quosis est ventus aliquis: unde præsertim
auster ventus pluviosus dicitur.

Materia est vapor crassus, ex quo fit
materia proxima, nempe nubes fo-
cunda.

Forma externa est, quod guttatum
decidat: nam nubes non tota simul, sed
successivè in aquam condensatur.

Finis, terram foecunditatem, aerem sa-
lubritate temperare & serenare, & ad
elementorum servandam aequalitatem,
que non subsisteret, nisi aqua in halitus
resolveretur, & hi in aquam redirent.

Dividitur pluvia in naturalem & pro-
digiosam. Naturalis, quia ex causis
Physicis, hic potiss. spectatur: estq; velle-
vis, constans tenuibus & raris guttis sine
imperio, ex nube tenuiore & infæcundio-
re; vel vehemens, qui rursum vel imber
vel nimbus.

Imber est cum guttae tenues & subti-
les, sed copiose & crebrae jugi tenore de-
fluent ex nubibus altissimis.

Nimbus ex propinquioribus constat

B gute

Lar
guttis erassis & densis impetuose descen-
dentibus.

Prodigiola vel extraordinaria est
eius causæ Physice dari quidem pos-
sunt, sed non satis sufficientes & fir-
me: ut cum pluit lacte, sanguine, carni-
bus, creta, terrâ, luto, frumento, sulphu-
re, pice, cineribus, lapidibus, lateribus,
ferro, lana, crucibus, ranu, vermiculù,
bufonibus, piscibus &c. De hisce uti &
de signis variis, unde prædicti possit ven-
tura pluvia, videatur Meteorologia nostra
überior.

Affectiones 1. Tempus generatio-
nis licet quodlibet anni tempus sit, pre-
cipue tamen ver & autumnus, nisi quan-
do aestas & hyems nonnihil à statu natu-
rali recedunt: alias aestate nimius calor
vapores magis absunit, hyemate frigus in-
nivem potius vertit. Quoad tempus du-
rationis diuturniores & crebriores sunt
pluviae aliis aqueis Meteorū, ob neces-
itatē majorem & reciprocām quandam
nubis & pluviae productionem.

2. Sa-

2. Sapor dulcis est ut plurimum,
etiam ex salmis aquis extractis vaporibus. Sol enim tenuius & dulcissimus extra-
bit, relicto terrestri & salso. Pluviae ve-
ro ardente Sirio collectae, exusta sunt &
amarae.

3. Figura guttarum est rotunda (quia
partes ad medium tendunt, coeuntque
imitatione totius) oblongè: quia cum
motus naturalis circa finem sit velocior,
dum partes inferiores ad terram prope-
rant, ne tamen distrahabantur continuò
oblongantur.

Mix est meteoron aqueum ex nu-
be aqua, quæ ad pluviam parari cœ-
pit frigore intensiori citius concreta
ortum, in floccos albantes distractum
descendens.

Effic. est frigus intensius, eò quod
pluviam efficit: & si non satius intensem;
nix aquæ proprie, graviores & densiores
floccos habet.

Forma est quod per floccos albantes

B 2

de-

Lac
descendat. Substantia enim ejus est rara,
porosa & mollis ob aerem copiosum, quem
continet. Materia eadem quæ pluviae.

Finis est, quod in locis frigidioribus
terram foecundat, & sata terræ tuetur
1. Contra nimium frigus defendendo, &
calidas terræ exspirationes repercussas in-
tus comprimendo. 2. Humidi aerei partes
communicando, quæ impinguant. Affecti-
ones 1. Tempus. Ordinarium & naturale
est hybernum; quia tum frigus intensius.
2. Calor albus (adeo ut visum offendat
lædatq;) 1. Ob frigiditatem. 2. Ob mul-
tas aereas admixtas partes, quæ levitatem
causantur, adeoq;
3. Figuram lacum magis quam congo-
batam.

Grando est meteoron aqueum
ex pluvia in descensu frigore intensiore
congelata ortum, per globulos descen-
dens.

Materia proxima est pluvia perfe-
cta (nontantum inchoata, ut in nive) ideo
citius, quam nix in aquam resolvitur.

Effic. frigus intensius videlicet conge-
lans

lans & conglaciōis in medijs aerū infimā
parte. Forma extērna est globulorum
quasi crystallinorum.

Finis primarius est actis refrigeratio.
Secundarius, pœna divina. Nocet enim
grandio 1 Feriendo vegetabilia & anima-
lia 2. Humorem frigiditatem noxiū ter-
renascentibus communicando.

Grando vel est naturalis, de quā
jam dictum: vel prodigiosa, ut, si vel
stupendā magnitudine descendat, vel in ea
literarum aliarum vererum imagines ap-
pareant: quod tamen aliquando fieri po-
test ob tumultuariam & fortuitam con-
cretionem. Naturalis vel sine pluvia de-
scendit, vel cum pluvia, quod plerumq;
sit, quia partes grandinis aliqua interde-
scendendum liquefunt; & plerumq; nubes
est inaequalior.

Affectiones 1. Quantitas non sem-
per eadem: major quando per brevius
spatiū delabitur: qui non tam diu ab
aere asseritur: hinc in montibus grando
major.

2. Tempus. Raro aestivum, rarissime hy-
B 3 ema-

Lai
emale, sed frequentius ver, & maximus
autumnus, cum sufficiens vaporum co-
pia. Diurnum etiam magis quam nocturnum:
nam ob noctis frigiditatem calidus
vapor in medium aeris regionem non ita
elevatur.

3. Figura ad rotundam accedit, ut gus-
tæ pluviales.

4. Sonus aliquando conjunctus est, vel
venti conjuncti causa, velex collisione, &c.

C A P. VI.

De meteoris aqueis infimi ac-
ris, nempe nebula, rore &
pruina.

Nebula seu caligo est meteoron in-
fimam aeris regionem obscurans,
ortum ex vapore copioso & denso, nu-
bis vel præcedentis residuum, vel se-
quentis initium existens.

Materia est vapor crassus, sed nonni-
hil rarus & distractus, estque vel ex reli-
quiis nubis sterilibus, quæ deorsum feruntur,
vel ex locis inferioribus educitur, qui du-
plex. 1. Siccus & terrestris, ut in aquam non
faci-

facile condensetur; & tum vel in terram
recidit, vel solū præsentia dissipatur, &
partim etiam in terras decidit. 2. Humi-
dior, densior & pluviae aptior quæ non de-
cidit nisi sub forma pluviae. Hinc nebula
descensus serenitatem spendet, ascensus ut-
plurimum pluvias.

Effic. est frigus infimi aeris respecti-
vum, vapores elevatos magis incrassans.

Forma est, quod sit rarer nube &
crassior aere.

Finis, Serenitatem vel pluviam effi-
cere & significare.

Affectiones 1. Tempus est mediocris
aeris constitutio, & sub finem diei vel ne-
bulæ humidoris; quia tum aeris frigiditas
pro nebula est proportionata.

2. Foetor interdum comes est, ob halit-
us fætidos.

Ros est meteoron aqueum ex vapore
subcalido & subtili per infimam aeris re-
gionem diffuso, ac noctis frigiditate
modicâ in guttulas verso, quæ defluunt,
& terræ nascentibus adhærent.

Materia est vapor nō ita copiosus, ut pro-

*generanda pluvia; subcalidus, ut aliquo-
mūq; pos̄it ascendere; tenuis & subtilis, ut
actionem frigoris facilis recipiat.*

*Effic. est frigus nocturni & serenitem-
poris in infimo aere mediocre.*

*Forma est quod per guttulas minu-
tas herbis adhaerescat.*

*Finis est terrae irroratio & fœcun-
datio.*

*Dividitur Ros in salutarem, de quo
jam dictum; & noxiū, quando va-
pori multum sicca & viscosa exhalationis
admixtum est; unde humiditate absum-
ta, instar saccari vel polliniis plantis adha-
re scit; ut adusta appareant. Hinc rubi-
go dicitur.*

*Affectiones 1. Locus est infimus a-
er, Aliquando vix ad 2. cubitos elevatur
vapor, quando in rorem vertitur, aliquan-
do paullò altius; ut etiam in collibus depre-
bendi ros pos̄it.*

*2. Tempus 1. Temperata aeris consti-
tutio, ut potiss. est vernalis & autumna-
lis. Calidiori enim absumuntur vapores
(hinc interdiu ros non gignitur frigidiori
in*

in pruinam &c. vertuntur. 2. Matutinum & vespertinum: Media nox justo est frigidior; tenues vapores intrus ehibens. 3. Serenum & tranquillum: per aerem enim crassum rorū materia ascende nequit.

Pruina est quasi ros congelatus: Differunt autem 1. Quod pruina generatur tempore & loco frigidiori, frigoreq; intensiore, ut per hyemem circa finem autunni & veris initium; vere rarius, nec sine incommmodo. 2. Formā qua pruina est congelata referens salis asperitatem. 3. Qualitatibus: Pruina omnino est frigida & vita rerum omnium inimica; ros temperatè calidus & humidus.

C A P. VII.

De Meteoris mixtis seu aëreis in genere, & in specie de ventis.

Meteoris mixta sunt quæ partim fumo, partim vapore constant. Dividitur ratione loci, quod alia sicut in terram, ut terræ motus; alia extra

*in aere vel infimo, ut venti, vel medio, ut
tonitrua, coruscationes, fulmina.*

*Ventus est meteoron mixtum, maxi-
mè tamen exhalatione constans admo-
dum siccâ, quæ ascendens beneficio nu-
bium & medij aeris frigore repellitur,
ac circa terram obliquè fertur.*

*Materia est mixta. Si enim ex puro
fumo constaret, ignitum; si ex puro va-
pore, aqueum inde gigneretur Meteoron.
Vapor tamen requiritur, quia non exter-
ratantum, sed ex mari pro ventis edu-
citur halitus, & aliquando per integror
menses è mari venti spirant humidi. Potiss.
autem exhalatio calida & siccâ (nihil
pinguis) venti enim plurimùm exsiccant,
velociter moventur, pluvia superveniente
aliquando reprimuntur. Venti autem a-
liqui humidi & frigidì sunt ex accidenti
propter cardines & loca, è quibus spirant,
quæq; pertransiunt.*

*Forma est quod obliquè feratur circa
terram.*

*Effic. Remota peculiaris astrorum in-
fluxus &c. Propingua 1. Interna videli.*

cet

cet materia exhalationis; quæ rectâ sursum tendit. Externa est frigus & nubes ascendentem halitum repellens, ac rectâ deorsum trudens: atq; ita causis hisce inter se pugnantibus, motus evadit mixtus seu obliquus & ad latera. Adjuvans causa est ipsius halitus mobilitas & fluxibilitas.

Finis principalis est ad custodiendam aeris terræq; temperiem; ad aquas modò evocandas, modò suppressandas & compescendas, &c. Minùs principales varij sunt, ut navigatio, molarum versatio, &c. Finis Theologicus est ad homines vel probandos vel puniendos. Præfigia ventorum inquirantur in Meteorologia nostra copioiore.

Affectiones 1. Locus est infima aeris regio, & initium mediæ; nam & nubes ventū agitari constat.

2. Tempus ut plurimum est moderata aeris constitutio, ideoquè ver & autumnus potiss. Illud: quia aperitur terra, & fumi prius inclusi evaporant. Hic: quia Solū calor minuitur, & terra fre-

La
frequentibus humectatur plaviis. Ideo hys-
me & estate etiam generantur venti,
quando calor vel frigus non in excessu.

3. Qualitates cuiusvis venti in specie
dabuntur. Frigidia autem veniunt i. Quia
terrestres & aquae portiones habent
admixtas. 2. Quia aerem commovent &
ventilant.

4. Conspiratio. Simul flare possunt
duo venti oblique contrarij; ex diametro
contrarij non item, aut non diu: imbecilli-
or enim cedet fortiori, aut si pares fuerint,
se mutuo impident.

Dividitur ventus in ventum propri-
fic dictum, de quo haec tenus, & autum:
quæ placida & lenis est aspiratio ex re-
nui exhalatione leviter mota; oritur ple-
rung ad ripas fluminum in saltibus & lo-
cis, quæ sylvæ vicina, &c.

5. Venti propriæ dicti vel sunt regula-
res, vel irregulares, impetuosi &
repentini.

Impetuosi & erratici undiquaq; cum
impetu oberrant quas in propinquo gene-
rari vult Aristoteles. Suntq; vel vani, &
di-

dicuntur fragores, vel impetuosiores, qui
rursum vel cum igne vel sine igne.

Cum igne dicitur *mēnsūq;*, aliis turbo
accensus vel igneus obvia quæq; diruens
& non nihil adutens, quia balitus ex parte
te ignem concipit ob motum.

Sine igne vel est cum pluviis aut gran-
dine, vel sine: Si sine pluvia, sunt pro-
cella & turbo.

Procella recto cursu multis spiratio-
nibus densis profluit, aerem obscurans,
precedens pluviam, maximarum tempe-
statum nuncia, & navigantibus pernicio-
sa; Danis Iling.

Turbo vel typhon (Danis Huerelvind)
multis simul flatibus subtilioribus in-
gyrum contortis, obvia quæq; cor-
ripiens, & maxime vigens in locis angu-
stis, vel sursum vergit, obvia secum sur-
sum attollens; & in star rotæ versans, vel
superne ingruit & magno impetu de-
orsum fertur. Exhalatio enim in angu-
stum & tortuosum nebula biatum dolata,
ibi in orbem rotatur, atq; ita in circumgy-
ratione diu perseverat; quod in trocho &
aliis liquet.

Re-

*Regulares venti vel sunt stati vel
indefiniti. Stati vel anniversarij statis
temporibus spirant, ut 1. Ornithiae,
seu Chelidoniae, spirantes (quando hirun-
dines & aves redire solent circa aequino-
ctium vernum) aliquot dies, interdum
mites, interdum rigidi, grandinosi &
nivoſi. 3. Prodromi (dicti quod Etesias pre-
cedant) sunt temperati, in parte sep-
tentriionali plerumq; orti, & 8. vel 10.
diebus ante Caniculae atque Erestiarum
ortum spirantes. Hi quando constantius
perflant, dicuntur 3. Etesiae, venti gra-
tissimi, spirare incipientes circa ortum
Caniculae, durantes ad 40. dies, & inter-
diutaniū flantes, ut ardentissimum So-
lis aestum mitigent. Oriuntur juxta Ari-
stotelem ex nivibus in parte subpolari illo
tempore liquefactis.*

*Indefiniti & communes, qui quovis
anni tempore spirant, sunt vel Cardina-
les vel Collaterales.*

*Cardinales vel principales à 4. mun-
di cardinibus seu angulis, ortu, occasu,
septentrione & meridie orti, eorum*

244

qualitates induunt, descripti his versibus:

Affer ab axeruit Boreas, fluit Eurus ab
ortu,

Auster amat medium solem, Zephyrus
cadentem.

Collaterales interjecerunt aliqui 4.
plerique octo: alij 16. constituant ventos
simul; ut nautæ Danici. Quia numeran-
di ratio ad usum nauticum est accommo-
datissima. Recentiores his 16. alios 16. in-
terjecerunt. Videatur Meteorologianos-
stra major.

Ex his venti aliqui sunt certū re-
gionibus familiares; ideo provinciales
dicti.

Collaterales sequuntur naturam
cardinalium, & eò magis, quò vicinio-
res.

Orientales sunt calidi, siccii, tere-
ni, salubres.

Occidentales sunt naturā frigi-
diores & humidiiores, ideo proniores ad
ciendas nubes, pluvias & tempestates.
In principio diei insalubiores sunt,
in

in fine, quod à Sole repurgentur, salubriores.

Septentrionales sunt frigidi, siccii, se-
reni, salubres: contrà Australes.

CAP. VIII.

De fulmine, tonitru & fulgure..

ET in natura ut plurimum haec con-
juncta sunt. Differunt tamen: Ful-
men est ipsa exhalationis flamma & in-
censio. Tonitru est sonus cum fulmine
conjunctus. Fulgor est coruscatio illa
per aerem diffusa.

Fulmen est meteoron mixtum, con-
stant tamen maxime fumo calido, secco
& viscoso, in densa nube angustato, in-
tercepto & concluso, ac per antiperista-
sin atq; motum inflammato nonnun-
quam, unde nubem magna violentia
perrumpit, & quidem cum fragore & fo-
nitu, & tum tonitru dicitur.

Efficiens remota est virtus cælestium
corporum. Propinqua & productens est
nubes frigida atq; cava exhalationem

calidam exstimplans, qua frigida nubis
contactum refugiens, motu & antiperistata
si incalescit magis magis, ampliorē q̄
locum poscit dilatata sit nonnunquam ac-
cendatur (non semper in tonitru, quum ad
sonum sufficiat ictus vehemens sine confla-
gratione, unde non semper coruscatio, quo-
ties tonitru) & exitum non inveniens, vā
sibi viam parer & nubem perrumpat; atq;
ita allisione ad latera nubis murmur, per-
ruptionē nubū fragor excitatur.

Materia est crassa, viscosa, copiosa,
videlicet fumus cum humiditate aliqua
vaporosa; maximē fumus: ideo maxi-
mam partem ignitum Meteoron est, &
& plerūq; interignita refertur.

Finis primarius per se est, ut aer re-
purgetur consumptione pravorum
halituum. Per accidens, ut terra fo-
cundetur: dum enim ita concutitur, non
nihil quasi aperitur, ut pluvia comitantē
facilius admittat. Secundarius est ut im-
pij territi de ira divina moneantur, &
ad pénitentiam excitentur, & ut alij pu-
niantur. Effecta enim mala plurima vide-

480

*antur in tractatu majori nostro de Me-
teoris.*

Fulminum Species sunt sequentes,
ex quibus plures etiam simul possunt con-
currere 1. Urens, cuius spiritus crassus
ob terrestris materiae copiam & viscosita-
tem, res obvias vel infuscat (& tum di-
citur infuscans) vel adurit, vel incen-
dit. 2. Dissipans vel discutiens, con-
stat spiritu subtiliori, cum aliquo ta-
men lentore materiae, ideoque bene com-
pacto & vehementi, obvia penetrando
convellens, istu rumpens sine adustio-
ne, qb materia tenuitatem. 3. Tero-
brans vel scindens, constat exba-
latione & flammâ subtilissima, pura,
tenui, magis penetrante, & resistentia
principiè tanquam contumacia vincens
perdens.

Ratione soni consideratum fulmen,
id est, tonitru vel est vehemens, vel de-
bile. Vehemens est 1. Tumultuosum vel
murmurans nec micans, cum nubes tu-
multu quodam quatitur balitu intus ri-
xante, sed non funditur, 2. Proscindens:
cum

cum primò concutitur, deinde scindit-
tur. 3. Grepans: quando primò scindi-
tur, deinde aliae tonitra partes subse-
quuntur. 4. impetuosum, quod unico
impetu nubem findit. Debole est instar
strepitus alicujus discurrentis. Estq; 1. Stri-
dens, simile ferro carenti aqua immer-
so, quando exhalatio invehitur in nu-
bem aquosam. 2. Sibilans, quando e-
reditur per nubem porosam.

3. Sufflans, instar stridoris ex follium
fabrilium inflatione, quando nubes fu-
mo exitum querenti facile cedit.

Effecta fulminis varia & admiranda,
cum remediis, videantur in Meteorologia
nostra majori.

Affectiones 1. Locus est medius
aer. 2. Generantur fulmina ubi aer
nec nimis frigidus (qui terra pores clau-
dit) nec nimis calidus quia balitus atte-
nuat, ne condensentur in nubes fulmini-
bus aptas.

2. Tempus 1. plerumq; sunt quando
coelum est nubilum: intra nubes enim
coerceri debet balitus, ut erumpat. 2. Tem-
pus

pas anni non nimis calidum aut frigidum, ut de loco dictum nempe in locis calidioribus vere & autumno potissimum. in hiis frequentius estate, eò quod hic ver & autumnus ad frigiditatem inclinent.

3. Motus irregularis est rarius rectus, saepius obliquus, ob materiae levitatem: nam natura ignis sursum vocat, unde nubes dejiciens deorsum premit, hinc mediâ fertur viâ. Sed sciendum, quedam fulmina deorsum ferri instar calcis auri incalcentia, quadam sursum instar pulveris pyry incensi. Quae deorsum ferantur, non omnia ad terram perveniunt, sed quadam in medio itinere desinunt, dissipantur, extinguuntur, &c.

4. Odor aliquando sulphureus ob tam admixtam materiam.

5. Sonus varius pro materia quantitate & nubis dispositione.

6. Coruscatio, fulguratio vel fulgur estq; subita apparitio ignis in aere late diffusi ex accensione halit. intra nubem, vel cum fulmine simul erumpens, vel sine fulmine nabis densiores partes illu-

illustrans. Dicitur subita, nam apparet
antequam tonitru audiatur, licet hoc co-
ruscatione prius sit natura, sicut concusso-
silicu & chalybis igni prior est. Ratio est
ex modo visionis & auditionis. Illa fit fer-
me in momento; hac per varias circum-
gyrations.

CAP. IX. Te Terræ motu.

Terræ motus est violenta terræ agi-
tatio seu concusso, orta ab hali-
tibus terræ cavitatibus inclusis, qui hinc
inde cum impetu moti aucti⁹ priori-
bus angustiis coerceri nequeunt, sed vi-
viā facta erumpunt.

Efficiens naturalis remota est calor ce-
lestis, & vū celestium corporum.

Propinqua 1. Calor & ignis subter-
raneus, multam halituum vim pariens.
Hinc ioca igne prægnantia crebrè terra
motibus quassantur. 2. Est frigus co-
gens halitum in angustiis & undiq; cir-
cumstant, unde exitum non reperiens, pro-
xima quoq; perfringit, & maximā lucta
mo-

*movens ipsas terre partes est spiritus in-
terior in terra generatus, qui ut plu-
rimū erumpit factō per terræmotum
biatu. Halitus hic est mixtus ex fumo
& vapore. Si enim nimis esset tenuis,
statim per poros terræ exspiraret; si ni-
mis crassus, in guttas resolveretur; plus
ramen fumi inest. Deinde halitus re-
quiritur multis & copiosus, ut magnam
aliquam terræ partem possit concutere.*

Materia vel subjectum terræ motus
seu ipsum mobile est non tota terra (*nisi*
fortè in miraculosis terræ motibus) sed
ejus pars, vel tractus aliquis modò ma-
jor modò minor, pro spirituum copia &
diversitate: Magis verò terræ motui ob-
noxia sunt loca concava, cavernosa,
spongiosa & fungosa (*nisi caverna ca-*
lo pareant) quia inibi multi colligi &
re-
cipi possunt halitus.

Forma est ipsa concusio vel agitatio.
Finis Physicus est, ut spiritui exitus &
spatium detur.

Effecta consequuntur varia; ut ter-
ra.

re rime, hiatus & voragines, adiūm
arietationes & lapsus. Eructantur ven-
ti, balitus venenosī, ignes, favillæ &
cineres, saxa, aquæ frigidæ & calidæ;
oriuntur novi montes, colles, fontes,
fiumina, insula; Terræ distantes con-
junguntur, & vice versa continuae divel-
luntur, montes de loco in locum trans-
ferantur; flumina interrumpuntur, sur-
sum alio convertunt, planè obsorbentur:
sequuntur mari tumores, inundationes,
sterilitas terræ & famæ (ob infectum ae-
rem) & præcipue in animis hominum
metus.

Species terræ motus recenseri possunt
variae 1. Tremor vel agitatio ad dextram
& sinistram ob balitus in diversas partes
distractos.

2. Concussio in superum & inferum.
3. Arietatio, cum contrariis ictibus
quatitur. 4. Ruina, casus vel inclina-
tio, quando totus motus in unam
partem vel latus fertur. Hoc modo con-
cussa edificia in unam propendunt partem
periculose. 5. Egestio, quando terræ
mo-

lae
moles aliqua egeritur, ut novi oriantur
montes, nove insulae, &c. 6. Hiatus,
quando terra dehiscit, ut absorbeantur
homines, aedes, civitates, regiones &c.
aliquando apparent tantum scissiones,
perforationes, &c. Ex his nonnunquam
plures miscentur species. Actiones i. Tem-
pus generationis est 1. Ut plurimum
tranquillum & a ventu liberum, quo ven-
zorum materia in terra conclusa est, ut
diluculo & meridie. 2. Nocturnum
magis quam diurnum, quia antiperista-
sis frigoris nocturni in angustum cogit spi-
ritus, ut intra se coarentur & rixen-
tur.

Tempus durationis incertum. Spi-
ritus enim copiosiores & frigidiores diuti-
us quaerunt, praesertim terram solidiorem
& compactiorem.

Duratio autem vel est continuata,
vel interpolata. Illa est ordinarie bre-
vis, definens ad aliquot horas, & raro ex-
tenditur ultra 40. dies. Haec per vices
redit, & ad annos aliquot durare potest,
testantibus historiis,

2. Mo.

2. Motus velocitas, nam unico pene momento longe lateq; se diffundit.
3. Soni, fragores & mugitus nonnunquam stupendi, prorumpentibus spiritibus è cavernis angustioribus in amplam cavitatem.

CAP. X.

De meteoris emphaticis in genere, & in specie de Chasma & Halone.

HActenus de Meteoris hypostaticis:
Sequuntur apparentiae, quæ non
ex corporali aliquâ materiâ constant,
sed *imagines tantum* & simulacra sunt,
his vel illis coloribus prædicta.

Effic. est lumen alicujus corporis luminosi.

Materia in quâ est nubes, vel nubi ali-
quid simile.

Forma est quod sint apparitiones coloratae & lucidae sub certa aliqua figura.

Finis, qui Meteororum in genere.

Sunt autem Meteora Emphat; ca-;
Chasma, Halo, Parelus, Paraleline ,vir-
gæ, & Iris.

C

Chas.

Chasma seu hiatus est Meteoron, spē-
ciem cuiusdam putei & voraginis exhi-
bens, ut cōclum dehiscere, aperiri & ar-
dere videatur.

Differt à foveā seu fossā. 1. Secundum
magis & minus; Fossæ enim profunditas
major; quamvis alij invertant. 2. Mate-
riæ conditione. Nubes in qua chasma
fit, in medio est tenuis, extremis densiori-
bus: quando ergo supra banc fumus tenuis
accensus ardet, attenuat à nube in medio
ac in 2. partes divisā, ipsa exhalationū
accensio apparet, ac si cōclu aperto omnia
intus conflagrarent. Nubes, in qua fit fossa,
in medio est densissima, per extrema tenu-
is, ut lumen exhalationis superius accen-
sæ facile penetret, mediā parte obscurā,
nigraq; relictā, unde visui p̄alti putri
species præbetur.

Effic. ergo est splendor accensi supra
nubem fumi, sideris alicujus, &c.

Materia quæ accenditur, est fumus te-
nus. Materia in qua apparet, est spelun-
ca nubis. Forma est vel distract. & dis-
rupti sine strepitu & sono cōcli species, vel
spe

speluncæ. Finis est denunciare mala bel-
orum, seditionum, siccitatum &c. ut te-
stantur historiae.

Affectiones 1. Tempus est nox cere-
na 2. Colores non semper iidem, pro lo-
ci & efficientis dissimilitudine.

Halo est meteoron Emphaticum in
nube densiuscula & æquabili, directè
sub Sole, Luna vel alia stella positum, ab
incidentibus refractis radiis formatum,
ut splendentis circuli & coronæ figura
apparet.

Materia est vapor vel nubes 1. Inter
oculos nostros & astrum, cui directè sub-
jicitur. 2. Densiuscula, ut fiat refractio,
non nimis densa, alias lumen non pene-
trat, æquabilis item & uniformis &c.

Effic. ☽, Luna, vel alia lucida stella.

Forma est lucida & circularis: de-
ficiente materiâ, pars circuli tantum cer-
nitur.

Finis est prænuntiatio tempestatum:
ex coloribus: sicut ex Luna coloribus su-
muntur vulgo præfigia.

Dividitur ratione efficientis in Sola-

Lai
rem, qui à Sole; Lunarem, qui à Luna,
& stellarum, qui ab aliis stellis efficitur.
Lunaris frequentior est; quia Solis calor
materiam halonis citō dissipat.

Affectiones. 1. Locus est infima aeris
tegio propè terram, hinc ventis aliquan-
do discerpitur.

II. Tempus. Aer tranquillus, sicut la-
pillus circulos efficit injectus in aquam, sed
non nisi tranquillam. 2. Anni tempera-
tum, ut Ver & Autumnus potissimum
quando plus vaporum in aere, & calor re-
missior vaporē non dissipat. Tempus du-
rationis pro materiæ densitate & copia.

III. Color albus est in nubecula rariori,
rutilus in densiori, &c. In medio lucidior
& clarior est Halo, qui a radiis eam partem
fortius illustrant.

C A P. XI.

De Parelio, Parafelene & Virgis,

Parelius est imago Solis in nube,
densiuscula, æquabili, continua,
quieta, Soli ad latus posita, per radio-

rum

rum Solariū reflexionem generata. Vul-
gus vocat binos vel ternos Soles apparere.

Materia est nubes. 1. Densiuscula, ut
formam receptam contineat. 2. Conti-
nua, ut integrum. 3. Äquabilis, nec colo-
ribus varie pingatur, atq; ut uniformem
det imaginem. 4. Quieta, ne distractabuntur
& confundantur partes imaginū. 5. Soli
ad latus posita (è regione enim Iris, sub
Sole Halo) Addunt aliqui verisimiliter, ut
sit 6. aquosa 7. instar speculi parte poste-
riori magis terminata, crassā & densa, ne
lumen planè penetret; sicut in immota &
limpida aqua Solis imaginem cernimus.

Effic. est Sol per reflexionem in nube
se exprimens: Reliqua stellæ præter Lu-
nam non item: quia nec tam efficax lu-
men habent, ut Sol, nec tam vicina sunt
vaporibus ut Luna.

Forma est ipsa Solis imago.

Finis Physicus est signum pluviarum.
Politica prænunciant etiam parelij, con-
firmantibus historiū: ut conspirationes,
insidias &c. aduersis eos, qui rerum po-
siuntur.

Affectiones. 1. Tempus tranquillum
& mediocriter serenum; & plerumq; o-
riente vel occidente Sole, sum n. densior
nubes non tam facile consumitur. 2. Nu-
merus, rādē 6. ut plurimum 2. vel 3.

Paraselenē eodem modo generatur,
quo Parelius: nisi quod hic à Sole, illa à
Luna formetur plena & splendida; sed
rariūs, ob radios Luna languidiores.

Virgæ sunt lineaæ rectæ in longum
exporrectæ, quas rādij Solis in nu-
bem discontinuam dissimiliter raram,
& Soli ad latera positam incidentes effi-
ciunt.

Causæ eadem quaē Iridis, in quibus
tamen nonnulla differentia notanda.

Materia est nubes aquosa & bul-
losa dissimiliter rara, vel aer roscidus in-
equalis Soli ad latus mediocri intervallō
positus: ut plurimum in plaga orientali
aut occidentali.

Finis est significatio pluviarum.

Affectiones 1. Tempus matutinum
& vespertinum potiss. tam n. intensor
mareyiam non absunt calor. 2. Colores,

pro

pro varia nubis dispositione interdum
tres, interdum plures.

C A P. XII.

De Iride.

Iris est arcus multicolor ob luminaris
alicujus radium refractum in acre ra-
scido opposito ipsi luminari, veniens ad
oculum per lineam Solis, oculi & Iridis
centrum transeuntem.

Materia vel subjectum in quo Iris, est
aer. 1. Roridus & aquosus vel vapor ros-
cidus, &c. Videmus enim colores Iridis re-
presentari lumine transeunte per medi-
um aqueum, vitreum, &c. 2. Soli oppo-
sita esse debet hac nubes diametraliter:
ad perpendicularum enim Halo; ad latera
parelij & virga. 3. In aequalis secundum ple-
rosq; que undiq; in minutissima & sphe-
rica corpuscula resolvi cœpit, ut in aequali-
tate faciat variam mixtionem lucis & um-
bra pro colorum varietate.

Effic. proxima sunt radij luminari-
um, Solis videlicet vel Luna refractione
iridem faciente.

*Forma est, quod sit arcus colorum
varietate ornatus.*

*Finis Physicus, ut denotet pluviam,
si serenitas præcessit, serenitatem autem,
si pluvia. Theologicus, ut nos admo-
neat de Dei misericordiâ, non amplius
diluvio universalí periturum mundum,
cujus rei signum post diluvium primùm fa-
cta est Irù, licet ante diluvium naturâ fu-
erit, at non ut signum.*

*Iris naturalis vel est Solis vel Lunæ:
quarum eadem est generationis ratio; di-
versitas in nonnullis accidentibus. 1. Solaris
frequentissima, Luna rarissima. 2. Illa in-
terdiu apparet; hæc noctu, quando Luna
plena in ortu vel occasu. 3. Illa coloribus
intensioribus; hæc remissioribus; immo uno
ferè colore & quasi lacteo, vel albænebu-
la; ob luminis debitatem. Hinc irù ab a-
liis stellis non fit.*

*Affectiones 1. Tempus apparitionis
generale est omnis anni pars 2. Specia-
le; Iridis solaris est diurnum, celo nec
penitus sereno, nec ita nubilo, ut Sol
lateat.*

H. Lo-

II. Locus & Situs. 1. Nubes Soli è regione opposita, cæterū paribus. 2. Nec nobis apparet, nisi constituti simus inter nubem qua Iris fulget & Solem ipsum. Hinc cum ante meridiem videtur Iris, ad occasum cernitur: cum vesperi ad ortum vel aquilonem: tum enim inter Solem & Iridem sumus.

III. Numerus. Iris modò simplex videatur, modo duplex, rariū triplex. Interstitium intermedium est nullius coloris, quia aer ibi, non nubes asperginoſa.

IV. Figura, ejusq; magnitudo varia. Licet enim tota nubes radiis Soli pingatur Solè è diametro opposita, & Iris integrō orbe exprimatur; nobis tamen integrā non ostenditur, quia pars ejus sub horizonte est. Interim rotunda est Iridū figura, cuius causa videatur in Tract. de Meteoris majori. Item apud Opticos, ut & aliorum quæstorum de Iride. Neque enim hic, nisi quæ à tyronibus capi possunt, inculcare voluimus. Deinde Portiones semicirculi oriente vel occidente Sole sunt majores, ratione majoris circuitus Sole.

*Sole altiori existente minores & exilio-
res.*

V. Colores. Rectius numerant, qui
quatuor in Iride colores enumerant hoc
ordine: Puniceum seu flammrum, fla-
vum, viridem, & purpureum seu viola-
ceum. Alias ex vicinia & commissuri
orientur colores non facile numerabiles.
Causa pluralitatis colorum est pro varia
refractiōne radiorum à corpore lucido in
subjectam materiam projectorū. De
his & aliis videatur Meteorologia
nostra uberior.



INDEX

INDEX CAPITULI.

- C**ap. 1. De meteoris in genere.
Cap. 2. De Meteoris ignitis in genere, & in specie de iis, quæ fiunt in infimâ aeris regione.
Cap. 3. De Meteoris ignitis supremâ aeris regionis.
Cap. 4. De Meteoris aqueis in genere, & in specie de Nube.
Cap. 5. De Reliquis medijs aeris meteoris aqueis, pluvia, nive & grandine.
Cap. 6. De Meteoris aqueis infimi aeris, nempe nebulâ, rore & pruinâ.
Cap. 7. De Meteoris mixtis seu aereis in genere, & in specie de ventis.
Cap. 8. De fulmine, fulgure & tonitru.
Cap. 9. De Terræ motu.
Cap. 10. De Meteoris Emphaticis in genere, & in specie de Chasmate & Halone.
Cap. 11. De Parello, Paraselene & Virgis.
Cap. 12. De Iride.

Ethica (frat for)
Goli
Ticen:
Dreccsd.
Goth. (erfin.
Danish.

5457

sum in coteris lapid
sus erunt. Testimoni
no 13 + Sex terrae mort
homines rusticos, in
extinctos diriguisse,
tuas redactos: que
renibus cōspectus. D
annorum uterus &
versæ sunt inventæ
storia factus petrifi
28. annos gestati in
busio.

Quamobrem nibi
ra nisi lapide duri
scente accedente, n
veri.

Coronidis loco
generacionis lapid
corpore hum

Materia in qu
partes humanæ
quamplurime, in
in cerebro, aurium
pebris, sub lingua,



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. [redacted]

anibus
et An-
noplus
vaccis
sistat
inqui-
liere et
epidem
est Hi-
nibique
nte Al-
n natu-
lapide-
m cen-
place
orū in
m sun
triae &
alcali at
sub pal-
scibus, in
pulmo-